Materaneñ. Prælationis.

Reu. Pater. PRælationem credimus competere RR. PP. Sancti Augustini Ciuitatis Materæ nostris Principalibus; quia non controuertitur, quod habeant Censum scutorum 267. in sorte super Prædio in vocabulo *le Camestre*, & propterea cum dictum Prædium fuerit de anno 1707. venditum RR. Monialibus Sanctissimæ Annuntiatæ eiusdem Ciuitatis, vtique aduersùs istas summo Iure dictis principalibus competebat Ius retractus, prout tàm in partibus, quàm coram Illustrissimo Domino meo Cerro per duas Sententias fauorabiles declarari obtinuerunt, cum absolutum sit principium, competere huiusmodi prælationem Domino Census iuxtà notissimam Constitutionem Beati Pij Quinti *in Bullar. nouo la 79. §. 6. tom. 2.* ibi = *Vbi autem vendenda sit volumus Dominum Census alijs omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda sit, & per Mensem expectari.*

Per quæ vltima verba præceptiua *volumus*, *eique denunciari conditiones*, inualuit opinio, quod huiusmodi denunciatio, & interpellatio iudicialis requiritur pro forma, nec sufficit scientia, vel interpellatio extraiudicialis, *Duard. de Censib. §. 4. quæst. 14 num. 2.*, *& quæst. 15. num. 5.*, *Cenc. eodem tractat. quæst. 66. num. 48. & seqq. Cardinalis de Luca in supplem. de Censib. discurs. 41. num. 2.*, *Thomat. decis. 40. numer. 13.*, *Rota decis. 157. num. 3. apud Cenc. de Censibus decis. 474. numer. 3.*, *& 4. coram Seraphin. decis. 425. numer. 7.*, *coram Gregor. decis. 52. numer. 2.*, *coram Duran. decis. 268. num. 3. coram Ottobon. decis. 449. num. 3.*, *& decis. 466. num. 2. & 3. coram Peutinger.*, *& decis. 163. num. 3. & 4. cum seqq.*, *coram Celso.*

Ex quibus consequimur, quod potuerunt PP. Principales nostri dictam prælationem petere non obstante citatione executa contra Creditores Venditorum die 31. Martij 1707. Quia hæc citatio executa fuit post factam venditionē ad finem conuocandi Concursum Creditorum, & in Curia Archiepiscopali comparendi pro dignoscenda vniuscuiusque anterioritate, & propterea subrogari non potest in locum intimationis specialis, quæ debet fieri Domino Census ad effectum deliberandi, an velit emere, cum ad hunc effectum requirebatur specialis intimatio cum insertione totiùs Instrumenti venditionis, vel saltèm cum explicita, & distincta narratiua omnium conditionum, & qualitatum adiectarum in Instrumento venditionis factæ, vt in puncto respondit *Rota in decis. 157. num. 3. versic. vltrà quod, & decis. 158. num. 6. 7. & 8. post Cenc. de Censib.*, *& coram Durañ. decis. 52. num. 2. versic. vndè, & coram Otthobon. decis. 268. num. 4. & 5.*, *& coram Peutinger. decis. 466. num. 4.*, & plenissimè *R. P. D. Corradinus de prælation. quæst. 32. num. 22. & num.*

*num.*23., vbi reijcit *Vrsellum* asserentem posse adimpleri *per aequipollens*.

Nec obstat, quod Iuri prælationis, seu retractus videtur fuisse renunciatum, ex quo fuit petitum Capitale Census, ex qua petitione deducit Pars Aduersa fuisse renunciatum Iuri prælationis, seu retractus, quia nec in Facto, nec in Iure subsistit hoc obiectum: Non quidem in Facto, quia data hypothesi, quod hæc petitio fuisset facta per Patrem Michaelem Angelum, qui exigebat redditus nostri Conuentus adhùc certissimum est, quod Religiosi Deputati ad exigendos redditus Conuentus nequeunt iudicialiter restitutionem Capitalis Census petere absque speciali mandato Procuræ omnium Patrum Conuentus, tàm attenta clara dispositione nostrarum Constitutionum, de quibus *in nostro Summario num.9. & 10.*, quàm attenta dispositione Iuris, qua inspecta Procurator ad exigendum non potest sortem Census petere iuxtà punctualem *decisionem Seraphin.*831, *num.* 2. 3. & 4. cum alijs per *Cenc. de Censibus quæst.*109.*num.*49., & *quæst.*105 *sub nu.*3.

Signanter in hac materia, in qua petitio sortis, secundùm sensum Partis præsefert renunciationem Iuri retractus, & sic de materia concernente declarationem animi, quæ non potest fieri à Procuratore sine speciali mandato, *Duard.de Censibus* §.4. *quæst.*14. *num. primo*, *Rota decis.*141.*num.*4.*coram Dunozett.Senior.* repetit. post *Cenc.de Censibus decis.*307., & *coram Celso decis.* 163. *num.finali*, *Dominus Constantin.ad Statut.Vrbis tom.primo annotat.*24.*artic.*7. *num.*469., & generaliter, quod Procurator sinè speciali mandato non possit in præiudicium Domini actum aliquem facere, per quem Ius Domino competens censeatur remissum, tradiderunt *Gratian. disceptat.*224.*num.*42., *Seraphin.Massin.de confiscation.Bonorum quæst.*35.*num.*72., *Rota in Recent.decis.*44.*num.*9.*part.*19., & *decis.*16.*num.*15.*part.*15., & *decis.*9.*num.*28.*part.*19., & *in Camerinen.Manutentionis*, *seu Censuum* 23. *Iunij* 1698. §.*Prout eò minùs coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, & *in Tarraconen. Insignium* 11.*Decembris* 1702.§.*Minùs coram bo.me.Muto*.

Minùsque in Iure, quia cum petitio sortis fuerit facta longè post Instrumentum venditionis, & sic post acquisitum, ac radicatum Ius prælationis, vtiquè hoc casu, etiamsi ipsemet Creditor, & sic ipsemet Conuentus mediante speciali Procuratore petijsset restitutionem sortis, non perindè dicendum est remisisse Ius prælationis, seu retractus, quoniam, quandò Ius prælationis iam exortum est, tunc non stat dependenter, & connexiuè cum ipso Censu, sed stat de per se, & independenter, & proindè hoc casu quandò iàm exortum est, non impeditur Dominus Census prælationem petere, etiam post Census extinctionem, vt magistraliter examinato articulo, & distinguendo casum inter extinctionem Census antè celebratum Instrumentum venditionis, & extinctionem Census post se-

quu-

quutam venditionem respondit *Rota in Romana Prælationis coram clar. memor. Cardinali Cauallerino inter impressas ad Cardin. de Luca ad materiam de vsuris decis. 46. à num. 9. vsque ad 23.*, vbi ità concludit = *Neque obstat, quod si ex prædictis Ius prælationis producitur simul, & semel ex vtroque Contractu Census, & venditionis extincto Censu, cesset retractus, quia ad confutationem huiusmodi sophismatis recurrit distinctio superiùs allata, aut agitur de extinctione sequuta antè venditionem, & tunc non dato à parte rei tempore vnionis vtriusque Contractus Censualis, & venditionis, qui sunt Causæ productiuæ prælationis, meritò prælatio cessat, aut verò prout in præsenti extinctio Census euenit post venditionem, & tunc semel producto Iure prælationis per vnionem vtriusque Causæ efficientis Ius prælationis perpetuatur ad 30. annos, etsi Census remaneat extinctus per actum retrosimilem, & hìc est effectus Causæ temporalis, qua cessante, adhùc durat effectus.*

Posito itaquè, quod noster Conuentus nunquàm nec tacitè, nec expresè Iuri retractùs renunciauerit; Non releuat alterum obiectum exaduersò excitandum; quod Moniales Aduersariæ acquisiuerint ex post alios Census anteriores illo nostrorum Patrum, videlicèt vnum spectantem ad Venerabilem Montem Misericordiæ eiusdem Ciuitatis Matheræ, & alterum nouissimè post sententiam A.C.Ceri acquisitum à Ven. Cappella Sanctissimi Crucifixi Charitatis eiusdem pariter Ciuitatis Matheræ, quorum vigore etiam ad exclusionem dictorum Principalium prætenditur prælatio aduersùs nostrum Censum posteriorem, & sic etiam retentio controuersi Prædij; Quoniam distinctè respondendo quatenùs pertinet ad Censum acquisitum à Ven. Monte Misericordiæ istius acquisitio in nihilò releuat ad effectum, de quo agitur, ex quo hunc Censum non acquisiuit tanquàm tertius, sed hunc Censum extinxit in sequelam promissionis factæ in Instrumento emptionis, quo casu Iurium translatio ad nihilùm deseruit ad effectum, de quo agitur, vt in terminis terminantibus Emptoris dimittentis Creditorem Census in sequelam pacti appositi in Instrumento venditionis, quod per hanc dimissionem nequeat aliquam prælationem prætendere non obstantibus clausulis translatiuis, & non obstante expressa, & formali cessione Iurium translatiuè ad eius fauorem facta, latè, & magistraliter distinguendo casus, & recedendo à *decisione 286. part. 18.* firmatum fuit *in decis. 758. num. 6., & 7. part. 18.*, & in eius confirmatoria *part. 19. decis. 120. num. 7. & 8.*, & latissimè eadem distinctione reassumpta dictum fuit *in dicta Romana Prælationis coram clar. memor. Cardinali Cauallerino inter impressas ad Cardinalem de Luca ad materiam de vsuris decis. 46. num. 13. §. Secundus casus est, quandò Census extinguitur ex pretio rei emptæ, ideò subintratio in Iuribus Censuarij, imò formalis quoque cessio translatiua nullum operatus effectum, Dominus Constan-*

ſtantin. ad Statut. Vrbis annotation. 24. artic. 7. num. 482., & 483. tom. primo, R. P. D. Corradin. de Prælation. quæſtion. 32. num. penultim.

Quod autem hunc Cenſum extinxit in ſequelam pacti adiecti in Inſtrumento venditionis liquet apertè ex eò, quia habemus in facto, quod poſtquàm Monaſterium Aduerſarium emit hoc Prædium aſſumendo in ſe onus dimittendi omnes Creditores anteriores Venditorum, volens promiſſa obſeruare, inſtetit coram Vicario Generali Matheraneñ., vt affigerentur Edicta ad effectum, vt Creditores anteriores comparerent, prout de mandato Iudicis fuit Edictum affixum, cuius vigore poſt illius affixionem comparuerunt in Curia Archiepiſcopali de Menſe Aprilis 1707. Creditores dicti Venditoris, & inter alios comparuit dictus Venerabilis Mons Miſericordiæ, & inſtetit in eadem Curia pro ſolutione reſidui Capitalis Cenſus ducatorum quindecim, & pro carolenis ſex pro fructibus vſque tunc decurſis, & poſt iſtam comparitionem fuit dicto Cenſualiſtæ facta ſortis reſtitutio, prout litteraliter exprimitur in Inſtrumento dictæ extinctionis, in quo Monaſterium tanquàm Emptor ſoluit Creditori Cenſus dictum pretium, vt ibi = *Recepit, & habuit à Reuerendo Domino Ioſepho Ricciardo Generali Procuratore Venerabilis Monaſterij Monialium Sanctiſſimæ Annuntiatæ emptore, & poſſeſſore cuiuſdam Ruris empti à Reuerendo Canonico Domino Dominico Antonio Paulicelli vigore Inſtrumenli emptionis manu mei ſub die 30. Menſis Martij currentis anni 1707. cui &c.* = quæ verba ſunt litteralia ad effectum demonſtrandi, quod tanquam Emptor ſoluit, nàm hoc expreſſit, exprimendo etiam Inſtrumentum emptionis cum die, & anno, & ad iſtud habendo relationem per dictam clauſulam *cui &c.* & faciendo computum circà id, quod Creditor Cenſus iam præcedenter receperat à Venditore, quibus computatis ſoluit ducatos quindecim ad ſaldum, & complementum Capitalis Cenſus, ex quibus omnibus impoſſibile eſt, vt poſſimus dicere Monaſterium ſoluiſſe tanquam Tertium, quandò ex tot, tantiſque circumſtantijs, & præcedentibus, & concomitantibus habemus contrarium, prout dixit *Rota in deciſ. 272. num. 16. part. 10. Recentiorum*, & punctualiter conſiderat *Epiſcopus Rocca cap. 131. num. 24.*

Nec vrget, quod iſti ducati ſexdecim non fuerunt ſoluti ex illis pecunijs depoſitatis per Monaſterium, quia ſupplicamus animaduertere, quod in Inſtrumento Venditionis aliud pactum non fuit adiectum, niſi, vt Monaſterium extingueret Credita Venditoris. Vndè ſi poſt emptionem Monaſterium depoſitauit pretium ad effectum, vt Creditores concurrerent, hoc non facit quin Monaſterium cum alijs pecunijs non potuiſſet ſatiſfaciendo propriæ obligationi extinguere Credita anteriora cum

alia

alia pecunia signanter in deposito facto non citatis Creditoribus, per quod non poterant dici extincta credita anteriora, vt punctualiter *Rota* post *Cenc.de Cens.dec.296. num.6.*

Hactenùs dicta respiciunt Censum Venerabilis Montis Misericordiæ, vndè progrediendo ad alium Censum nouissimè acquisitum à Venerabili Cappella Sanctissimi Crucifixi, dicimus, quod istius respectu licet Pars Aduersa procurauerit se cautelare asserendo, quod istam cessionem obtinebat vti extranea persona etiam indepententer à contractu Emptionis nihilominùs huiusmodi cessio expiscata post Ius acquisitum Principalibus nostris, & post detectum illorum bonum Ius per duas sententias conformes, nullatenùs Monasterio Aduersario suffragatur ex duplici ratione primò scilicèt, quia obstat pactum mutua conuentione stabilitum, quod Monasterium debebat Credita Venditorum extinguere ad quem effectum tanquam delegatum à venditoribus, suscepit in se onus illa extinguendi, vt patet ex illis verbis Instrumenti Venditionis ibi = *E li restanti ducati 708. delegorono essi Venditori in solidum, che detto Vener. Monastero, e suo Procuratore li pagasse à loro Creditori più anteriori, e più potiori, prout de Iure con promessa dell'euittione di detti Beni venduti* = Vndè stante huiusmodi iurata promissione non potest Iura translatiuè acquirere, quia rumperet fidem datam, & propterà à limine Iudicij exceptione doli reppellitur, vt dicit *Text. express. in l. 1. Cod. de Dolo*, vbi *Gloss. in verbo ruptæ*, ibi = *Ruptæ scilicèt taciti pacti. nàm bonam fidem promisisse videtur in toto negotio, quam non seruat emendo, sed luendo* = eleganter *Bald. in d. leg. 1. C. de Dolo num. 1.* ibi = *nota quod ille qui suscepit mandatum de fideiubendo videtur suscepisse de soluendo, & ideò si non soluit, sed emit, videtur fidem rumpere susceptam propterea non est licitum sibi emere, sed luere, istud est verum, siuè Creditor vendit ex pacto, quod ipse vendere possit, siuè ex lege, nàm neutro casu includuntur in facultate emendi, vel vendendi Personæ prohibitæ. Vt imò nota, quod est præsumptio Iuris, & de Iure contrà fideiussorem, qui emit rem debitoris, quod dolum committat, quia fidem rumpit. Oppone, & videtur, quod illud, quod non possum, vt ego possim, vt quilibet Glossa non soluit, sed DD. soluunt, quia istud est ratione cuiusdam taciti pacti: in legibus verò contrarijs nihil fiebat, quod esset contra fidem susceptam, & sic non obstat contrarium* . . .

Et licet in terminis Census controuersum sit inter Doctores, vtrum fideiussor Census possit illum acquirere translatiuè iuxtà deducta per *Gratian, cap. 459. à num. 1. vsque ad 18. cum seqq.*, *Episcopus Rocca Select. ar. disputat. cap. 131. num. 19. & 20. cum seqq.*; Attamen in casu nostro non est de hoc agendum, quia pactum appositum in Instrumento litteraliter cantat de extinguendis Creditis, & sic cessat in hoc casu dicta quæstio, dum opinio illorum, qui tenent, quod Census potest acquiri translatiuè fundatur in eo, quod non

ac-

acquiritur res debitoris, proùt sunt bona pignorata, sed acquiritur res Creditoris ex quo census est Creditoris, vndè dicunt, quod in Censibus non intrat ratio Textus, quod rumpitur fides data in contractu, proùt videre est apud eumdem *Episcopum Roccam* Scribentem pro validitate Cessionis translatiuæ in dicto *cap.131. num.20.*

Quæ altercatio cessat in Casu nostro, nàm ex conuentione adiecta in d. instrumento venditionis detegitur quod pactũ non respicit bona, sed credita, & sic absque dubio rem Creditoris, quo casu semper intrat dispositio citati *Text.in l.1.Cod.de Dolo*, ex quo verificatur ratio *Textus* ibi = *nè fidei ruptæ gratia de dolo potuit exerceri* = prout benè, quod dispositio istius *Textus* semper procedat quandò ratio ruptæ fidei potest considerari distinguendo materiam respondit *Episcop.Rocca d.cap.131.num.20.§. Secùs verò*. Et punctualiter aduertit *Gratian.in citat.cap.459.nam.35.*, vbi post quam *num.* 19, prosequendo materiam dicit quod de equitate possit fideiussor etiam censum translatiuè acquirere, attamen quandò ruptæ fidei ratio considerari potest tunc nec de rigore Iuris, nec de equitate potest, quis Censum acquirere translatiuè, vt videre est in citato *num.35.*, & magistraliter, quod dispositio citati *Text.* fundatur in ratione ruptæ fidei præter *Bald.*, & alios mox citatos docet *Bart. in l.1.C.de dolo num.1.* ibi = *fides rupta ratione contractus facit: quod non possum, vt ego, non possim, vt quilibet, sed contra hoc oppone, quod non possum vt ego, possum, vt quilibet, vt l.item &c. fallit hic ratione fides debitæ ratione contractus*.

Indubitanter quandò proùt in præsenti non potest dici, quod pretium rei emptæ non sufficiebat ad hos Censuarios dimittendos, nàm illud à venditoribus dimissum in manibus Monasterij Aduersarij longè superabat sortes istorum censuum, & proptereà eo certiùs non poterat Monasterium fidem contractus fallere, dùm aderat precium rei emptæ ei relictum ad finem dimittendi, seù extinguendi Credita, prout benè prosequitur citatus *Rocca cap. 131. num.20.§.Secùs verò, Gratian.d.cap.459.num.35.Cancer.var.resol. lib.2.cap.5.à num.5.vsque ad 18.*

Neque in præsenti intrant regulæ exaduerso adducendæ, quod potest Emptor pro tutanda sua possessione Iura à censuarijs anterioribus aquirere; quoniam hoc est verum respectu Emptoris, qui non assumpsit in se onus extinguendi Census, nàm iste fidem non rumpit si aliorum Iura acquirit, non sic in casu nostro, in quo Monasterium assumpsit onus extinguendi, hoc enim casu tenetur fidem seruare extinguendo Census, nòn verò illum acquirendo traslatiuè iuxtà superiùs dicta, & hæc est ratio qnare emptor Accollatarius nequant censum acquirere translatiuè; quia dùm habet pretium in manibus, fidem seruare debet censum extinguendo non verò illum acquirendo translatiuè iuxtà plenè firmata in his ter-

terminis per R.P.D.Corradinum *de prælation.q.32.num.41.& 43.*
Secondò quia Ven.Cappella Sm̃i Crucifixi nequibat hanc cessionem facere, ex quo habemus in facto, quod Monasterium Aduersarium in executionem contractus venditionis citauit dictam Capellam ad effectum extinguendi hunc censum, prout de facto. Cappella per medium suorum Procuratorum comparuit, & instetit pro sortis restitutione, vt in nostro *Summ.num.* . . ideòque dum hic primus Censualista Iure Prælationis vti noluit, iàm secundus Censualista poterat pro tuendo Iure suo primo Censuelistæ sortem sui Census offerre, & hanc oblationem nequibat primus Censualista recusare, cum quilibet de Populo possit sortem census restituere ad effectum vt cesset cursus interusiorum iuxta communem distinctionem inter illum, qui solùm vult Censũ extinguere & illum qui vult illum extinguere acquirendo Iura translatiuè de qua plenissimè *Cenc. de Cens.quæst.105.per tot.*, & signanter *à num.4.cum seqq*
Fortiùs quandò proùt præsenti non agitur de mero Tertio, sed de secundo Censualista, & sic de Creditore, cui absque dubio poterat primo Creditori Census sortem offerre pro extinguendo illius Iure, cum fauore secundi Creditoris hypethecarij intret Ius offerendi, quod non consideratur fauore Tertij, vt plenissimè omnibus Concordantibus cumulatis tàm antiquis, quàm modernis firmat *Schettin.de Iure offeren.part.2.cap.2.sect.4. num.1.Rota in Cornetana Iuris offerendi post D.Constant.ad Stat.Vrbis decis.198. num.*1.& in eius confirmatoria*dec.199.pariter num.*1.
Hinc proindè dum per annum antè factam istam cessionem Monasterio Aduersario, Patres Principales nostri Cappellæ Sanctissimi Crucifixi obstulerunt sortem Census cum omnibus suis intervsurijs, quàm etiam mediante iudiciali interpellatione depositarunt, vt benè in facto; Iàm post hoc iudiciale depositum Iura primi Censualistæ remanserunt extincta, & sic nil aliud habebat, quid cedere, vt egregiè post *Bartolum Negusantium*, *Amat.*, & alios firmat citatus *Schettin.de Inre offerend.part.2.cap.2.section.a.num.*5.ibi = *Ampliatur tertio, vt non tantùm si primo Creditori spontè recipienti soluerit, sed etiam si eo respuente pecuniam potior Creditor obsignauerit, & deposuerit, succebat in eius locum, sola enim oblatio inutilem reddit primi Creditoris actionem, & eam in secundum Creditorem vtiliter sinè cessione transfert l. potior &c. Card. Mantic.de tacit., & ambig. cnuention.lib.*11.*titul.* 28.*num.*5. ibi= *Quantò extenditur, quod secuadus Creditor potest debitum offerre Priori, vt in eius locum succedat etiamsi ipse nolit recipere, quia potest pecuniam deponere, & obsignare, & tunc actio prioris Creditoris inutilis redditnr.*
Indubitanter in casu nostro, in quo etiamsi ipsa Venerabilis Cappella voluisset prælationem obtinere, nequiuisset hoc facere, quia, vt diximus iàm ab anno, & vltrà illi fuit oblara sortis restitutio à nostris

ſtris Principalibus, quæ ſucceſſiuè fuit etiam iudicialiter depoſitata,, vt diximus, ideòque etiamſi apud ipſam Ius Cenſus remanſiſſet intactum, adhuc prælationem nequiuiſſet obtinere, dũ poſt habitum ſcientiam venditionis, & poſt iudiciale depoſitum non comparuit intrà menſem pro expetanda prælatione, proùt facere debebat iuxta pleniſſimè firmata per R.P.D.*Corradin. de prælation.d.qu.32.num.26.D.Conſtan.ad Stat.Vrbis. adnot.24.artic.7.num.458.& 459. cum ſeqq. tom.1,*

Quare &c.

F. de Roggerijs Aduoc.

R. P. D.

ANSALDO

Matheranen. Prælation

PRO

Ven. Conuentu, & RR. Patribus S: Auguſtini Matheræ.

CONTRA

Ven. Monaſterium, & RR. Moniale SS. Annunciatæ eiuſdem.

G

Iuris D. de Roggerijs.

Typis De Comitibus 1710.